

Quia eadem est ratio: imo magis ad id videtur obligare votum castitatis. Quamvis Doctores prioris sententiae allegati. n. 2. dicant oppositum, & ita Manuel Rodriguez. r. tomo summae. 2. editione. c. 242. n. 3. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 53. a. 1. dubio. 2. principali. 6. 2. sequitur ex dicta conclusione, authores illius sententiae, docent similiiter hunc peccare primavice consummando, & teneri ingredi religionem. Idemque dico, quamvis ille peccet consummando ad sui petitionem. Quia tenetur non petere, & similiiter reddendo priori bimestri anno matrimonij consummationem, ut dixi p. 6. n. 14. & sequenti, non quis admisit sibi potestim implen di votum per ingressum religionis; ad eum enim non tenetur: sed quia in tantum excusatur reddendo, in quantum ad id tenetur lega matrimonii: & priori illō bimestri non tenetur. At astrictus voto assumendi ordinem sacram non peccat etiam consummando ad sui petitionem, & priori illo bimestri. Quia id votum non obligat ad castitatem, & sic vbi seruari iam nequit, ut contingit post matrimonium ratum, ad nihil obligat durante eo impedimentoo, ut dixi disput. precedenti. n. 15. vtrum vero exstante iusta diuorti causa ob alterius adulterium, tenetur coniux innocens ad ordines promoueri, quos vocerat: at ita petere, siue petendo, siue reddendo: quia censetur remittere iniuriam, & iam non poterit votum implore: dixi disp. precedenti. n. 17. tenori implore votum, & subinde nec petere, nec reddere. Ne impediat iniuria remissa, quo minus votū impleat.

7

Similiter iudicandum est de eo qui post votum abstinentia nuptijs, ad illas transierit, non enim tenetur religionem eligere matrimonio nondum consummato, quo votum impleat, ac proinde nullius culpe reus erit matrimonium consummans. Si quidem multo minus votō castitatis obligat. Atq; ita tenentur dicere omnes Do-

tores citati. n. 3. id docentes in voto castitatis. Et in terminis docet Ludovicus Lopez. 1. par. instrucl. c. 83. §. inter peccata. Quanvis contrarium dicent allegati, n. 2. sicut in voto castitatis assertunt. Quia hoc votum perinde a illud, non potest tunc impleri, nisi religionem ingrediendo. Et idem dicendum est, si hoc votum emitatur post matrimonium ratum. Sic dixi, num. 4. de voto castitatis tunc emissio. Nec peccat prima vice consummans ad cui petitionem: nec intra votū bimestre à matrimonio inito: nec si ad sit iusta diuorti causa ob adulterium alterius. Quia hoc votū non interdic debiti petitionem, ut dixi disp. praecedenti, num. 22. Nec impleri iam modo potest, dum alter cōiux superest est: nisi ingrediendo religionem, ante consummationem, vel facta diuortio: ad quem ingressum non tenetur.

Quid autem sentiendum sit de voto castitatis post sponsalia emissio? Dixi lib. 1. rot. 46.

Ad argumenta n. 2. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis, num. 3. non enim potest moraliter implere, & eo modo quo se obligauit. Ad secundum dic quantum ad aliquid esse strictius, nempe, quod priuandum debiti petitione: at esse minus strictum quod obligandum ad religionis ingressum. Ad tertium dic non posse occurrere cumentum, in quo ingressus religionis sit medium per se, & necessario ordinatum ad seruandam castitatem promissum, cum possit votum manens in seculo alijs medijs vti. Quod si adhuc prae fragilitate tentationibus succumbat, adebet medium petendere dispensationis. Ad confirm. est adiuvenda lequelain casu raro. Quia bona fides in contraria, à culpa liberat: & obligatio iustitiae excusat, quando reddit. Ad quartum constat ex dictis. n. 4. maior enim propositio vera est, de medijs per se ordinatis, atq; eiusdem ordinis, nec notabiliter re promissa difficultioribus. Quia non est religio ad seruandā castitatem, ut satis probauit,

numer. 3.

(.1.)



DISPVT. TRIGESIMAQVINTA.

Vtrum votum simplex religionis, castitatis, suscipiendo sacros ordinates, non ineundi matrimonij, emissum à coniuge sine alterius licetitia, post matrimonium ratum, aut consummatum, validum, & licetum sit, & quatenus actui coniugali licet exercebendo obster?

SUMMARIUM.

Q uotplex est queſtio disputanda. n. 1. Proponuntur argumenta probantia votū rei partim indiferentis, male, aut impossibilis: partim autem rei poſſibilis, & bone, ad nubilum obligare. n. 2.

Non obligat hoc votū, quando utraq; pars promittitur per modum vnius, fecus quādū per modum plurium. Et quando vtile non vitetur per inutile. n. 3.

Quando res est individua confert per modū vnius promissa. Atq; ita obligat votum, aut ad totam, aut ad nullam partem, secus quādū est individua. n. 4.

Quando superuenit impotentia integrē implēdi votum, ut ieiuniū quadragesimatis totius, aut totius vite, quando obligat ad partem? n. 5.

Endatur, c. quemadmodum. § finalis de iure. & qualiter non obligatus seruare integrē iuramentum, tenetur ad pertenēti. 6.

Quando res est dividua, & pars bona, & poſſibilis apparet vi circūstāntiā alterius māde, impoſſibilis, aut indiferentis, valē contra.

Quid sentiendum? & quid de vidente se iurum fieri solam genibus flexis, nudum, aut serpentem in ore portando numer. 7.

Quid, ubi est dubium, an materia sit promissa per modum vnius? n. 8.

Solutio arguentia, num. 9. Post illum inuenies alia summaria.

Disputatio hæc si exactè tractanda sit, est difficultis. Quia pauca de illa, & confusa reperio scripta. Et ad discernendum de valore voti castitatis post matrimonium emissi, necessarium est præmittere quando votum rei partim licet, & partim illicite obliget, & ideo ut clarius procedam, quadruplicē in hac disputatione agitabo questionem. Prima est, de valore voti, cuius pars est mala, impoſſibilis, aut indiferentis. Secunda de valore voti religionis, suscipiendo sacros ordinates, & non ineundi ma-

trimoniū, post ipsum emissi. Tertia de valore voti castitatis, aut non petendi debitu. Quarta an esto id votū sit validū, licetem emittatur.

Quæstio prima. An votum cuius pars est indiferens, mala, aut impoſſibilis, altera aut pars, bona, & poſſibilis, obliget ad partem hanc, vel potius ad neutrā? Et videtur ad neutrā obligare. Quia cū bonum ex integrā sit causa, malum autem ex singulare defēctu, teste. D. Dionyſio. 4. c. de diuinis nomin. Existente parte aliqua materie voti inepita, propter eius indifferentiā, malitiam, impoſſibilitatem, tota materia inepita erit, ac proinde votum inutiliter. Et confirmatur, quia communē Doctorum placitum habet votum nunquam peccandi, tanquam rei impoſſibilis ad nihil obligare. Cum tamen pars eius, vt aliqua peccata vitare, sit poſſibilis.

His tamen non obstantibus, sic distingendum puto. Si votens per modum vnius promittat illud totum, volunt enim non aliter se obligare ad partem bonam, & poſſibilem, nisi dependenter à rei mala, indiferentis, aut impoſſibilis obligatione, votum est profus irritum. Quia nequit obligatio voti exceedere intentionem votentis, quæ cū fuerit ita se ad utramq; partem obligandi, vt obligatio vnius dependet ab obligatione alterius, non potest id votum alter obligare, sic autem obligat, estet iniquum, aut impoſſibile, aut non gratum Deo, cū sit partim rei male, impoſſibilis, aut indiferentis. Ergo erit irritum. Et confirmatur, quia tunc materia illa totalis voti, dicetur absolūte mala, & inepita materia. Ut clarē probat argumentum. n. 2. propositum. Si vero non promittat per modum vnius, quia, nimur, obligacionem partis bona, & poſſibilis vult independenter ab alia promittere: obligabit votum quodam solam partem bonam, & poſſibilem, reiecta alia tanquam inepita voti materia. Quoniam tunc est virtute duplex votum, & ita vnum ex nequitia alte-

rius minimè incitatur. Et cōfirmatur, quia vnde per inutile minime vitatur, regula, vnde de regulis iuris, in 6. vbi Dynas, numer. 4. Iacob alios referens. 1. 1. 5. sed si mibi, numero, 4. ff. de verb. oblig. Nauar. summa lat. cap. 12. nu. 43. vers. ex quibus infertur, siue intelligi, quando vnde est ab inutili separabile: quod ita in presenti contingit, pars enim bona ab alia est separabilis, & ex ipsa re natura, & ex modo promittendi. Hoc declarabitur magis numeris sequentibus, in quibus exempla subiectientur & Doctorum testimonij cōprobantur.

Quando autem de videntis intentio ne minimè confat: triplex regula ad eam discernendam tradi potest. Prima regula sit, vbi res promissa est diuidua, id est, que cum nodum diuisione minimè patitur, nec solet communiter diuidi, censeatur obligatio per modum vnius: secus quādo diuidua est. Quia semper vbi oppositum non constat, iudicata est voluntas ferri in obiecta, iuxta eorum naturam. Exemplum primi, ut si quis videnter adficare templum, recitare officium defunctorum, Calculos Virgineros, cūm hæc cōmuniter non diuidantur, non potens implore totum, non tenetur ad partem. Exemplum secundi, ut si quis videnter ieunium totius quadragesimæ, recitare officium canonicum, aut Virginem. Cūm enim haec communiter diuidantur, obligatio non erit per modum vnius: ac proinde excusatus a parte, ratione impotentia, tenebitur ad partem aliam sibi possibile. Et cōfirmatur, quia obligatio, quam quisquam sua sponte sibi et ponit, qualis est voti, & iuramenti, vbi non reperitur contraria expressa intentio, censenda, ac dijudicanda est in ista obligationis imposita ab Ecclesiæ de eademmet re. Quia censetur imponi iuxta communem usum apprehendendi hominum, qui est in istar aliorum præceptorum, ut videnter ieunium, teneatur ad illud eo pacto quo ieunia Ecclesiastica obligant: ut abstinentia carnibus, & seruata legitime prandij hora, & vniua comelitione. At præcepta Ecclesiæ de re iudicanda, obligant per modum vnius: ut constat in præcepto ieunia vnius diei, auditioñis sacri. De re autem diuidua, obligant per modum plurimum: ut præceptum ieunandi tota quadragesima: recitandi officium canonicum. Ac proinde in prioribus, impotens implore totum pra-

ceptum, liber est à parte. Secus in posterioribus. Ergo idem contingit in voto.

Hinc veniunt intelligendi. D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 3. ad. 2. & q. 89. art. 7. corpore. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 1. §. 3. Carthusianus. 4. d. 38. q. 2. Caetan. summa, verb. vorum. c. 4. Abulensis. cap. 30. Num. q. 55. Tūrec. 17. q. 1. in summa, art. 4. ad. 3. Nauar. summa. c. 12. nu. 39. docentes ob superuenientem impotentiam implendi totam rem promissam, non cessare obligatio nem implenda parti possibili: sunt quippe intelligendi, quando res promissa est diuidua, ac consequenter non per modum vnius promissa est: secus vbi est diuidua, aut per modum vnius promissa. Ut certe ex dictis duplici, nū. præcedenti. Hinc etiam verificatur quod tradunt Sotus lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. circa medium, & Aragon. 2. 2. q. 88. art. 1. fol. 979. nempe: videnter ieunare tota quadragesima, nec id potenter implere, teneri ad partem, quam potest. Et quod docent Corduba sum. q. 15. Manuel. 2. tom. sum. c. 99. n. 8. Vega. 2. tom. sum. c. 12. 9. casu. 113. nimirum, pueri quatuordecim annorum, qui videnter ieunare omniaibz diebus vita suæ, tantu teneri ad partem, quam obseruare commode potest, absq; sui officij, & rerum suarum detrimento. Hæc enim ideo vera sunt, quia obligatio illi fuit diuidua.

Secundò infertur intellexus ad. c. quæd admodum. §. finali, cum ibi annotatis, de iure, ex quo deducitur iuramentum quod integrè obseruari nequit, seruandum esse quoad partem possibilis. Intelligitur quippe, quando obligatio est diuidua, & non per modum vnius contracta.

Secunda regula sit. Quando pars posse, & bona, apponitur ut circumstantia, & accidentis rei principaliter promissa, que mala, indifferens, aut impossibilis est: tunc est promissio per modum vnius, ac proinde voto est totum irritum. Tum, quia ex modo appetendi deducitur rem bonam videnter dependenter ab alia, siquidem ut eius circumstantia promittitur. Tum etiam, quia accessoriū naturam principalis sequitur, ab eoque pender. Quare cum obligatio rei principalis sit irrita, erit etiam talis rei accessoria, iuxta regulam. Accessoriū, de regulis iuris, in 6. Verbi gratia, promisit quis transiit ad Indos quod opes cumularet, priusque se peccata expiatum confessione. Sicut voto nullius transitus, tanquam rei indifferens,

est irritum: ita & confessionis, quæ promissa minimè est, nisi tanquam prævia dispositio nauigationi peragenda. Similiter promisit quisquam se Romanum peregrinaturum faccio indurum. Si peregrinatio sit ei impossibilis, non tenetur sacram indeire. Quod accessoriū fuit. Si tamen è contrares principaliter promissa, est bona, & possibilis, modus autem malus, vel impossibilis, obligabit votū rei principalis, reiecto modo. Quia cūm alio non constante censeatur voluntas ferri in obiecta secundum eorum naturas, atque principalis rei ea sit natura, vt minimè ab accessoriis pendaat, sed è contra, non iudicant dū est voluntatem ferri in rem illam bonam principaliiter promissam, dependenter à modo. Hinc bene dicit Emmanuel. Sa summa verbis, voto, verbi, in voto seruandum, obligare voto possibile, & honestum, omnī modo impossibili, & in honesto. Hinc etiam defendantur quod docent Nauar. summa latina cap. 12. numero. 43. veritatem, ex quibus infertur. Manuel. 2. tomo summa cap. 92. numer. 1. Ludovicus Lopez. 1. par. instruct. cap. 44. §. votū cūn di. Vega. 2. tom. summa cap. 129. casu. 57. vbi tradunt videnter ire Hierosolymam genibus flexis, aut serpentem in ore gestando, teneri ire, modo illo reiecto. Quia principalis res promissa fuit bona, & possibilis. Quare dum ipfmet Nauar. co. 12. num. 37. sit irritum esse voto nudis vestibus petegrandi: intelligendus est, ne si bi contrarius sit, quando per modū vnius est expresa intentio obligandi se ad peregrinationem modo, & nō alterius. Quoniam cessante hac intentione dicendum est obligare voto reiecto modo in honesto. Cūm eidem prorsus ratio sit, ac de voto peregrinationis Hierosolymitanæ cū serpente in ore. Atq; ita idem in vto: voto iraduēt Manuel, & Vega ibidem. Intellige autem secundum partem huius regulæ, nisi modus redetur multò facilior voto executionem. Tunc enim videnter est fieri substantia dependenter à modo promittere. Quoniam nemo ad difficultus cēfendus est, si velle astringere. Ut promittens se equestrem iritum Romanum, non tenetur, quoties ob paupertatem non suppetat equus, quo vehatur.

8. Ultima regula. Si omnibus perpensis diuum sit de videntis intentione, an per modū vnius vnde, promissum sit: vel pars bona, principaliter, modus autem accessio-

nī dū, aut potius ē contra: iudicandum est in fauorem libertatis videntis, vt ad nil tenetur. Quia in hoc dubio cūm perpen- sis omnibus circumstantijs traditis duabus primis regulis, non constet de votio obligatione, ac animo videntis, num sic, vel sic videnter se obligare, voto non est in possessione, sed libertas voluntatis. In dubio autem non in sola iustitia materia, sed in quacunque melior est possidentis conditio: vt re haec disputata probavi lib. 2. disput. 4. numer. 31. Quamvis post ea typis excusa, inveniēt Valsquez. 1. 2. quæst. 19. artic. 6. disput. 6. nu. 13. & sequenti, defendantem solum eam regulam habere verum in materia iustitiae.

Ad argumentum, numer. 2. opositum, dic recte probare, quando totum illud est permissum per modum vnius, vt numer. 3. adiutum: secus quando per modum plurimum. Quia sunt duo velut distincta vota. Ad confirmationem dic, cam promissionem esse per modum vnius, vt amplius declarabimus hac disput. num. 25.

SUMMARIUM.

V. *Orum religionis simplex post matrimonium ratiū emissum, ad quid obligat, ante consummationem illius, & post numer. 10.*

Nisi obligat emissum post consummationem? Proponuntur argumenta ad probandum minime obligare, nu. 11.

Non obligat si pro ratiōne emittatur implendum: secus implendum tempore soluti matrimonii, vel quando licet, vt ratione adulterii alterius, nu. 12.

Quid, si ab solutè emittatur nullo tempore praefixa, nu. 13.

Quid, de voto ordinis sacri suscipienda factio post matrimonium ratum? nu. 14.

Quid, si fiat post matrimonium consummatio? nu. 15.

Quid, de voto non incendi matrimoniij, post illemissum? nu. 16.

Soluntur argumenta, nu. 17. Post illum sunt alia summaria.

Q. Væsto secunda. An voto similitudine religionis, afflumendi ordinis sacri, non incendi matrimoniij, post illud ab altero coniuge absque alterius licentia emissa, validā sint? Et quidem, si voto religionis emitteatur ante matrimonium consummatio-

nem, constat valere: atque obligare ad non consummandum, sed ad ingressum religionis. Cum tunc licitus sit, ac voto promissus. Quare erit culpa mortalis, prima vice consummari, siue petendo, siue reddendo, vt de voto religionis ante matrimonium facto, dixi disp. 33. numer. 14. Quod si eo non obstante consummatur matrimonium, iam deinceps licet petere, & reddere: at tenebatur vicens soluto matrimonio, vel facto diuortio ratione adulterii, illud implere. Sicut eadem disp. 33. n. 15. & sequentibus diximus de voto facto ante matrimonium. Quoniam eadem est de viro: ratio.

Si vero post consummatum matrimonium emitatur, videtur ad nil obligare. Quia c. quidam, de conuersi coniuga, habetur coniugatum inuita vxore professum, non teneri ea mortua ad religionem redire. Quia id religionis voto non tenuit. Cū tamen decidatur ibi, voto castitatis in ea professione emissum, valuisse vt votū simplex, &c. placet, eodem mītū, decidatur coniugata bona fide professum, quia virum obijis se credebat, non teneri ad religionem, bene tamen ad castitatem. Secundū, quia cū coniugi illicitus sit ad religionem trahitus ab ipso; alterius licentia, voto erit de re illicita, ac proinde nullum.

Prima tamen conclusio sit. Id voto emissum animo cuncti implendi, & pro tunc se obligandi, est prorsus irritum, fecis si emitatur pro tempore soluti matrimonij, vel si alter coniux iustum causam diuortii adulterans praebererit. Constat prior pars. Quia est votū dete illicita, & id est quod decidunt. c. quidam, &c. placet, num. precedentib[us] allegata, coniux enim profitens obligauit se statim ad religionem, & ideō tanquam votum de re omnino prohibita declaratur nullū. Nec obstat glossa eo. c. quidam, verb. non teneatur, & aliquos alios assertere id voto tenuisse, & expli- cant textū, ut intelligat non tenere quodam forum Ecclesie, ita ut illa cogat implore. Quia communis sententia est in contrarium, vt probauit lib. 7. disp. 34. n. 12. Constat etiam. 2. pars, quia voto illo modo factū est de omnino licita, & sancta. Insuper probatur prior pars. Quia dicitur nequit id voto valuisse, at irritatum ab altero coniuge. Quia c. quidam, sit voto non tenuisse, loquens de præterito: in eo autem eventu tenisset viro, at irritatum est ab uxore. Præterea, quia non modica

difficultas est, num vxor possit reuocare viro vota, & fatem solū posset in quantū leſt in sui præjudicium, nempe, ut constante matrimonio non obliget. Tandem, quia cū hoc votum à principio non valuerit, tanquam factū de re aliena in præjudicium alterius coniugis, tractu temporis non cōualescit, regulā non firmatur, de regulis iuris, i. 6. & l. quæ ab initio. s. eodem, tit. & proinde nec soluto matrimonio obligabit. Atq[ue] ita docet Stunie, de voto. q. 4. n. 18, & id votū non obligare in ea professo ne emissum, dixi lib. 7. disp. 34. n. 10.

Secunda conclusio. Si post consummatum matrimonium, emitatur alter cōiux ab ipso; alterius cōiugis licentia, votū religionis, absoluta, & simpliciter, non praesu[m]iendo tempus in sua intentione, valebit votū, obligabitq[ue] pro tempore soluti matrimonij. Quia cū posset id voto licet fieri, non est praesumendum vbi de opposita intentione non constat, illicite, & perperā fieri. Nec deliq[u]tū praesumatur, cuius praesumptio omnino vitanda est. I. meriti. s. pro s[ecundu]m, & maximē in eo, qui tantum abest ut delinquere intenderit, quin potius se in perpetuum holocaustum. Deo obliterit, religionis iugum amplectens. Præterea, quia actum officiis viuis est velle ut valeat apriori, & efficaciori modo posſibiliter, idque praesumitur, ut cum multis probat Menochius de præsumpt. lib. 6. præsum. 5. num. 1. & idem ita docent Abulensis. c. 30. Numer. quæst. 86. Enriquez lib. 11. de matrimon. c. 15. nu. 8. fine. Arg. eadem ratione dicendum est id votū obligare, quois licebit ratione diuortii ingredi religione. Quoniam tunc pariter cessat impedimentum.

Tertia conclusio. Si vir post matrimonium ratum emiserit voto ordinis sacrificiandi, si fuit animo ingrediendi religionē ante matrimonium consummationē, est validū votū. Quia est de re licita, & si bi permitta. At si nō vout ingressum, cum ratione solius propositi ad eum nō teneatur (vt dixi lib. 1. disp. 43. nu. 9.) potest consummare matrimonium, reddendo, & petendo. Quia id votū non obligat ad castitatem, vt vel sic debiti petitione interdicat, nec ad religionē, vt impedita redditionē primam, vt dixi dispensatione. Quare tunc tenebitur id voto implere: cum sibi licuerit, siue quia morte alterius solūrum est matrimonium, siue ratione diuortii (vt dixi disput. 33. num. 16. & 17.) de-

voto

voto simili ante matrimonium emiso. Quoniam vroq[ue] calu voto fuit licitum, nec extinatum per vium matrimonij, sed sufficiunt. Si vero non animo ingrediendi religionem: cū impleri nequeat durante matrimonio: dicendum est de illius obligacione, ac si post matrimonium consummatu, factū esset. De qua re, n. sequenti dicimus. Si autem negatiū se habuit: quia nec de ingressu, nec de permanescione in seculo cogitauit: dicendum credo idem, ac si animo non ingrediendi religionē fecisset. Quia cū religio sit onus grauiissimum, non presumendum videtur in dubio voleuisse illum id onus subire.

Quarta conclusio. Si id voto post matrimonium consummatum, sit factum: idē prorsus dicendum est, quod. nu. 12. & 13. diximus de voto religionis matrimonio consummato, siue alterius licentia emissa. Quia eadem eletratio, atq[ue] rationes ibi adducte, & quæ hoc probant.

Vtima conclusio. Votū non incundi matrimonij emissum ab coniuge ab alterius licentia, est validū. Quia intelligi nequit de iā contracto, sed de nō cōtrahendo altero, praesenti soluto. Quare cū praesenti mihi officiat matrimonio, est prorsus validum.

Ad argumenta. n. 11. proposita constat ex dictis numer. 12. vbi probamus enim textum intelligi de voto religionis durante matrimonio: implendo: ac tunc materiam voti esse illicitam:

SUMMARIUM.

AN voto non petendi emissum ab altero coniuge sine alterius licentia, sit validū. Refutatur triplex sententia. n. 18. 19. 20. Valer id voto, & obligat ad non petendum, nu. 21. & ibi remissū, quando liceat huius petere. Non obligat ad non reddendum, quando sibi id licet ratione adulterij alterius cōiugis. Nec impedit soluto matrimonio aliud intrare. Nec est sacrilega forniciatio post illud votū admissa. n. 22.

An quid obligat votū castitatis emissum absq[ue] alterius cōiugis licetia, ante matrimonij consummationem, quoad abstinendum ab actu coniugali. nu. 23.

Quid si post consummationem? Refutatur opinio negans valere. n. 24.

Valer, & obligat ad non petendum: & cur votū hoc obligat ad partē licetā, & possibile: & voto non peccandi non obligat ad vi-

tanda peccata qua vitari possunt? num. 25. Id voto est irritum quod non reddendum, nu. 26.

Nec comprehendit non reddere, si vxor affensum præferet, nec teneatur vicens ipsi indicate, vt conniveat: nec efficiat validum vxore posse consentient. n. 27.

Non obligat ad non reddendum, etiam quando redditio est spontanea, vt si alter cōiux adulterans præbeat causam diuortio. n. 28.

Obligat ad non incundum aliud matrimonio eō soluto. n. 29.

Si coniux post id voto, adulterium admittat, est sacrilegas contra voto. n. 30.

Soluntur argumenta. n. 31.

Post, num. 31. inveneris tatera summaria, qua desiderantur.

18

Questio tertia. Vtū votū casti tatis post matrimonij ab altero coniuge, sine alterius licentia emissa, sit validū, ad quid obligat? Votū huiusmodi aut est voto nō petendi: aut ab solutorum castitatis, & id vtroq[ue] euenter est seorsum claritas gratia de illo disputandū. Et quidem si voto sit non petendi debitum. Quidā alleuerant id voto non esse validum. Quoniam est in grave alterius coniugis prædictū, cui onerosum erit vt debito cōiugali frui posset, semper petere. Huius sententiae videntur D. Th. 4. d. 32. q. vno. art. 4. ad. 3. vbi Supplementum Gabriel. q. vni. art. 2. conclus. 7. fin. vers. quid si vteroq[ue] Turce. c. si dicat. 33. q. 5. ar. 1. nu. 1. ad. 4. Carthusian. 4. d. 32. q. 1. quis. 2. Amilla, verb. debi tū, nu. 19. Tabent matrimonium. 1. q. 3. §. 4. Nider summa, præcepto. 6. c. 4. ad finem, vbi dicunt neurum coniugem posse sine alterius licentia vovere nō petere. Quia est in alterius prædictū, & tenet expresse Manuel. 2. tomo summa. c. 90. n. 3. explicans, siue vir, siue vxor id voto emittat. Idem dicit Doctores, quos. n. 24. referam, afferentes non valere voto castitatis ab altero sine alterius licentia factum. Quia innituntur grauamini alterius semper petendi.

Alij docent id voto validum esse, si ab uxore emittatur: fecus si à viro. Quia illo onerosum est præ pudore semper petere, huic autem minimē. Huius sententiae vi deuter exprefſe Victoria summa, de mari. n. 280. vbi dicit virum id vuentem posse adhuc petere. Et Sotus lib. 7. de inst. q. 3. art. 1. vers. an vero posset alteruter, vbi di-

cit

cit nō longè à scopo aberrare qui diceret
votum viri de non petendo, esse inualidū.
Et tener exp̄s̄ Angles floribus, i.p.de
matrimonio, q.6. de obligatione soluendi
debitum, ar.1. diff̄c.4.

20 Tandem alij in ea sunt sententia, vt va-
leat votū, quod facit coniux non petendi
fauore sibi, sed solū vbi alteri cōiugī mos
gerendus sit. Quoniam sibi soli preiudicari.
Ita Syl. votum, q.2. Greg. Lop. l.7. verb.
para guardat tit.2.p.4. Natura sum. c.12. nu-
50. Manuel. I.tomo l.sum.2.edition.c.243.
n.8. Vega. 2.tomo summ. c.129. casu. 93.
& dicit esse valde probabile, Ledel. 2.p.4.
q.66. ar.4. fin.

21 Ceterum dicendum est id voto validum
esse, obligareq; coniugē illo se astrin-
gentem sub mortali, vt a petitione debiti
abstineat. Quia coniux non tenetur lege
matrimonij petere, sed tātum reddere, &
ita. D. August. super Psalmum. 146. & ref-
ertur cap. si dicat. 33. quæst. 5. art. Pro san-
dificatione perfecta Deus tibi computabit, si
non quod tibi debetur, exigis. Cūm ergo non
petere sit liberum, ap̄ opus virtutis, erit
materia voti. Insuper probatur ex cap. qui-
dam, & cap. placet, de coniugi coniugī,
quos textus num. 25. ponderabo ad pro-
bandum valere similiiter castitatis votum.
Nec obstat id voto esse onerosum adul-
teri coniugi: cui fundamento aduersarij in-
nituntur. Quia non est ita onerosum, cūm
aliquoties poslit petere, vt alteri morem
gerat, & quoties in altero coniuge sentit
vouens appetitum coitus, vel fornicatio-
nis periculum, vñlate expliceti hoc libro,
tota disput. 7. Quod si adhuc sit aliquale
grauamen, tenetur alter coniux id subire,
etiam vouens vratur iure suo. Vnde infe-
ro sententiam numero præcedenti rela-
tam minime differre ab hac. Qui petere
debitum vt mos geratur alteri coniugi, est
potius reddere: alter enim tunc petet in-
terpretatiue. Ut egrégrie docet D. Thom.
4. dist. 38. quæstion. 1. artic. 3. quæstiuncula.
2. ad. 4. vnde bene ait ea sententia,
non est validum voto de non petendo
vt mos geratur alteri coniugi. Quia id voto
verè est de non reddendo, fatetur tam
valere voto de non petendo in gra-
tiam ipsius vouentis, quod verè petere est.
Atque ita non difterepat à nostra. Quod
benè animaduersti Gregorius Lopez sta-
tim referendum. Atque idem sententiam
hanc inuenitur Albertus Magnus. 4. distin.
32. artic. 4. vbi Durandus quæst. 2. artic. 1.

num. 5. Ricardus artic. 2. quæst. 1. corpore
Palud. quæst. 2. art. 1. num. 14. Guillelmus
Vorillong. q.vnica, art. 2. conclus. 1. May-
ronis. 4. d. 38. q.vnica, particula. 1. conel.
2. vbi Guillelmus Rubion. q. 2. art. 2. con-
clus. 2. Caiet. opusculis. tom. 1. tract. 31. 17.
refponcionum, responsione. 14. dubio. 4.
Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 2. q.
2. Ioannes de Friburgo summa confessio-
rum, lib. 1. tit. 8. q. 43. & sequenti. D. Anto.
3. par. tit. 1. c. 19. q. 3. Angelus matrimonij
4. num. 6. Henricus. c. scriptura, num. 8.
de voto. Et supponit Sotus. 4. d. 32. q. 1.
art. 3. poft. 1. concl. vers. virū autem, ait e-
nī em̄ illū consilium id voto non emittēre,
& post emissum petere dispensationē,
& tenet exp̄s̄ lib. 7. de iust. q. 3. artic. 1.
vers. quod si contra arguas. Gregor. Lop.
l. 3. verb. el marido, tit. 8. part. 1. Palaci-
os. 4. d. 32. disp. 2. fol. 710. vers. sunt qui
credunt. Stunica de voto. q. 3. nu. 58. fine.
Petrus de Ledesma de matrimonij. q. 6. art.
4. dubio. 1. conclus. 3. Valencia. 2. 2. disp.
6. q. 6. de voto, puncto. 6. q. vltima. 5. mihi
sententia. Bartholomaeus à Ledesma de ma-
trim. dub. 71. fine. Ludovicus Lopez. 1. p.
instruct. c. 47. fine. Idem afferunt Doctores,
quos nu. 25. referam, docentes valere
voto castitatis ab altero coniuge absq; alterius licentia emissum.

22 Id tamen voto cūm duxat sit de
debito non petendo, ad id solū obli-
gitabit. Quamobrem sic vouens non te-
netur abstinerē à debiti redditione, quando
id sibi licet ob alterius coniugi adul-
terium. Et eo soluto matrimonio potest
aliud inire animo non petendi. Nec adul-
terium admittens, sacrilegus erit con-
tra voto. Quia non fuit castitatis, sed
solū non petendi, cui nihil horum ad-
uerstatur.

Maior autem difficultas est in. 2. casu,
nimirū, quando fuit voto castitatis.
Et si illud emitatur post matrimonium
nondum consummatum, & animo ingre-
diendire religionem, credo esse omnino va-
lidum, & ita obligare etiam ad non red-
endum, quoties redditio est voluntaria:
vt priori bimestri ante matrimonij con-
summatiōnem: & si alter coniux adul-
terās præbeat iustum diuortiū causam. Sicut
de voto castitatis ante matrimonium fa-
to, diximus hoc lib. disp. 6. numero. 14.
Quia is vouens licet id intendens potuit
se ad omnimodam castitatem: idq; inten-
dit, cūm absolute vouerit castitatem,

& quod cam seruare posset, habuerit dum
vouit, animum transeundi ad religionem.
Quia tam ratione illius propositi voto nō
confirmati, minime tenetur ad religionem
trāire: vt diximus num. 14. poterit trans-
ferre priori bimestri consummare matrimo-
nium reddendo, sed nunquam poterit pe-
tere. Sicur si ante matrimonium esset fa-
ctum castitatis voto. Si verò non animo
ingrediendi religionem, vel habens se ne-
gatiū vōeū, nec de ingressu, nec de ope-
rato cogitans, promisit: idem existimō
dēendum, quod numeris sequentibus dicam
de voto emissō post matrimonium cō-
summatum. Quia obligare se minime po-
tuit ad non reddendum post matrimonij
etiam ratum, nisi animo transeudi ad re-
ligionem. Nec is animus intelligitur in eo
voto, nisi expressus sit: ed quod voto re-
ligionis si res difficultissima, polatq; diui-
nam votacionem. Vt in casu simili diximus
num. 14.

24 Quod si voto castitatis emitatur post
matrimonium consummatum, ab altero
coniuge sine alterius licentia, affirmant ali
qui id voto non valere. Primo, eo quod
sit onerosum alteri coniugi. Secundo, quia
voto rei partim licita, & partim illicita
vel partim possibilis, & partim impossibili-
lis, factum per modum vniuersi, ad nil obli-
gat (vt probauimus num. 3.) At hinc per mo-
dum vniuersi cadunt nec petere, nec redde-
re, sub castitatis voto. Cū tāquā vnum
obiectum respiciatur vtrūq; à vouente,
comprehensum in castitate. Sicut vouens
se nunquam peccaturum, respicit per mo-
dum vniuersi omnia peccata, vt sub ratione
generice peccati clauduntur: & proinde
non tenetur virtute illius voti vitare etiam
partem peccatorum possiblement: cū ergo
pars talis voti sit de re illicita, & contra ius-
titiam, qualis est non reddere post con-
summatum matrimonium, correct totum
voto. Ita videntur tenere D. Thom. 4.d.
32. q.vnica, art. 4. corpore. & Turrec. cap. si
dicat. 33. q. 5. art. 1. num. 1. vbi afferunt hunc
coniugem reum esse culpæ, nec debere ser-
uare voto: quia impeditus debiti reddi-
tio. Idem videntur etiam tenere Gratianus
cap. manifestum verb. ex præmissis 33. q.
5. Turrec. cap. sunt quædam 17. q. 1. nu. 9.
Gerfon regulis mortalibus 2. p. tract. de ma-
trim. alphabeto 25. litera I. Emmanuel Sa-
summa verb. voto vers. coniugem non
posse: nam hi omnes dicunt neutrum con-
iugem posse absq; alterius licentia vouere

continentiam. Et tenent exp̄s̄ aliqui
antiqui teste Paludano 4. d. 32. q. 2. art. 1.
num. 14. dicentes ita inualidum esse id vo-
tum, vt nec mortua vxore obliget virum
& ipse Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 5. nu. 3. c. con-
clus. 4. fine, docet id voto non valere,
nec debiti petitionem impeditre. Quod
idem docet explicitans, siue ab uxore, siue ab
viro emittatur, Petrus de Soto leđ. 16. de
matrimonio. q. viii. tandem. Idem sen-
tient à fortiori Doctores afferentes non
valere votum petendi, quos num. 18. & du-
pliciter sequenti retuli.

Prima conclusio sit. Voto castitatis post
matrimonium consummatum emissum ab
altero coniuge absq; alterius licentia, est
validum, & obligat ad non petendum debi-
tum. Probatur ex cap. quidam, de con-
uerſi coniug. vbi quando vir renidente vxo
re profellus est, decernitur professionem
fuisse iritatum, at obligari vouentem ad vo-
tum castitatis in ea professione emissum,
in quantum se potuit obligare, nimis
ad non exigendum debitum ibi. Voto
non tenuit, vñterius verò non poterit vōrem
accipere: promisit enim si non exigere debitū,
quod in eius potestate erat: & idem quod hoc
voto tenuit: non redire autem non erat in
eius, sed in mulieris potestate. Idem habetur
cap. placet, eodem tit. de muliere coniuga-
ta, quæ credes virū obijisse professa est, ibi:
Licit voto eius vñquequaq; non tenerit, eatus
tamen fuit obligatorum, quatenus poterat se
obligare. Dices primò, hos coniuges tan-
tum voluisse obligare se ad non petendū,
atq; id voto minimē fuisse castitatis.
Sed aperte repugnat textus. Quia tunc fa-
cile excusat, hos ne tenerent ad non
reddendum. Quia id voto solū fuit de
non petendo. Nec verificaretur verba tex-
tus dicentis id voto non tenuisse quod
non reddendum. Quiaid non est in coniu-
giū potestate. Ruris, quia illi coniuges
verè intenderunt professionem emittere:
alias ad nil teneruntur. De essentia autem
status religiosi est perfetta, & integra ca-
sitas. Ed vel maximē, quod vxor illa de qua
fit mētio d. cap. placet, existimat virum
obijisse: (pro ibi diciuntur) ac subinde in-
tegram, & perfectam castitatem in statu alia-
rum monialum proficitur, voluit pro-
mittere. Dices secundò, id voto fuisse
solemne, & proinde non mirum si value-
rit. Sed id non obstar. Cum enim voto so-
lemnem magis aduersetur, præjudicet: ma-
trimonio consummato, quām simplex, si

Solēne invito altero, coniuge valet, à for-
tiori valebit simplex. Deinde, quia cū pro-
fessio non valuerit, vt ibi dicatur, non po-
tuit valre votū caſtitatis, vt ſolemne, ſed
tanquam simplex. Soleme enim votū fie-
ri nequit, niſi in religionis profefſione, aut
ordinis ſacri ſuſcepſione. e. vniſo, de vo-
to, in 6. Præterea, quia ferē viuuntiſi Do-
ctores tradūt illū coniugem ſic profefſum pec-
care ſoluto matrimonio, aliud ineundo, at
eſte validum. Quod ſecundus forſt, ſi eſt votū
ſolemae. Dices, 3. cum Nau. ſum. c. 12.
n. 60. Enriquez lib. 12. de matrimon. c. 2. n. 9.
commento, litera Z. eos textus non negare
tali coniugi profiſtent, debiti petitionem,
quaſt amicabilis quaſdā petiſio, nec obli-
gans ad reddendum; ſed exadiuuenem, quaſ
compulſionem ſignificat. I. exigere. ſt. de
iudicijs, atq; ita vtero; textus verbo, exi-
gere, titut. Sed profeſt & aduerſatur huic
ſolutioni ratio, quam reddit vtero; textus,
vt nequeat exigere: nempe, quia obligavit
ſe ſuſtitutus ad id, quod eius ſuberat po-
tenti; ſed ſubelt petere, & exigere: ergo
obligavit ſe ad abſtinendum ab vtroq;. Et
clarus dicitur eo. c. placet, votum eatenam
obligavit in quantum potuit etiā
obligare ad nec amicabiliter petendum. Se-
cundus, quia dicitur ibi, illud votum valuiſ-
ſe, & obligavit etiam viuente altero coniugem.
At ſi eſt eſſet debiti petere, nil valuiſ-
ſet. Quia eſt eſſus voti caſtitatis, et prohi-
bere copulam carnalem, ſue petendo, ſue
reddendo: ſi ergo vtrumq; illi permititur,
carebit eſſe au votum. Demum, quia non
poſſe exigere, minimē eſt eſſetus voti, ſed
non poſſe licet petere. Vouens enim non
fe obligat, ad non exigendum, ſed ad non
petendum. Quia licet non habeat iudas pe-
tendum, habet tamen ad exigendum ex vi
matrimonij: iudeſt, ad compellendum alte-
rum coniugem, ut libi reddat: & proinde
tenetur alter iulfice lege ſibi reddere. Se-
cundus, probatur concluſio, ex doctrina An-
tonij eo. c. placet. n. 2. & eo. c. quidam. n. 3.
& ibi Abbatis. n. 3. quoſ ſequuntur Rosella
votum. 2. n. 10. Sylo. votum. 4. q. 2. diſ. 4.
Margaria confefforū vbi de irritationis vo-
ti, fo. 135, pagina 2. qui ex ijs textibus colli-
giunt in voti materia loci habent regulam
traditam. c. vniſo, de defponit. impub. in 6.
ſi noſ valer quod ago, vt ago, valet, vt valere
poſſet. Ergo cum votum illud caſtitatis à
coniuge emiſſum poſſit valere, quaſdā non
petendum, & quaſdā alia, valebit quaſdā illa.
Tertiū, quia vouē caſtitatem poſt matri-

monium, licet intendat abſolutam caſtitati-
tem, at non vouet omnes eius actus per mo-
dum vniu; atq; ita licet quidam actus, vt
non reddere, ut malus, non definer obli-
gare votum quaod alios actus bonos iuxta
diſ. n. 3. Quod autem nō intendat vouere
per modum vniuſ ostenditur pirmō. Quia
vouens eam ante matrimonium, non pro-
mittit per modū vniuſ: aliaſ iniens poſte
matrimonium, cum iam tota materia nō eſt
poſſibilis, fed tantū pars, ad nil conser-
tur. Cuius contrarium elle veriſimum, di-
ximus diſ. 33. n. 5. & ſeqq. Secundū, poſten-
ditur idem maniſtando diſtinctiō inter
hoc votum, & nunquam peccandi. Quia
vouens nunquam fe peccatum, ſepciſit
omnia peccata ſub vna ratione peccati ge-
nerica, nec ea obligatio potest cōmodē di-
uidi, & separari. Non enim dabitur maior
ratio, cur votum id obliget ad abſtinendum
à quibz dā peccatis, quām ab alijs. Si enim
dicas partem poſſibilem ad quā vitandum
potuit ſe obligare, elle peccata mortalia:
cum etiā ſit poſſibile uitare aliqua venia-
lia, & quibz dā ex his ſignatis, ſit etiam
poſſibile alia: & votum nō potuit hæc, quā
illa reprobaret, fit vt materia ſit quaſi indi-
vidua, & inseparabilis quaſdā obligationē,
& conſequenter promittatur per modum
vniuſ, & cū ſit imposſibilis, ad nil obliget:
ſed vtile per inutile vitetur, tanquam non
ſeparabili: iuxta diſ. n. 3. & 4. At votum
caſtitatis nō reprobaret abſtinere à petiſio-
& redditione, & ab alio matrimonio inē-
do, & à fornicatione, tanquam individua
ſub vna ſpecie, aut ſpecies, ſub vno genere
contenta: ſed tanquam actus diuersos caſ-
titatis, & obligatio hæc eſt commode ſe-
parabili, & diuſibilis, ſi enim omnes ac-
tus ſint poſſibiles, obligat ad omnes, ſi ali
qui non ſint ratione ſtatus poſſibiles, obli-
gabit ad ceteros, & tunc dabitur ſufiſientis
ratio diuſionis, & separationis, arque ita
materia erit diuidua, nec promiſſa per mo-
dum vniuſ, ac ſubinde pars inutilis non vi-
tabit vtile, iuxta num. 3. & 4. tradita. Tan-
dem probatur ex cap. ſeimus. 12. quaſt. 1.
quod eſt Urbani Pontificis, ibi: Melius eſt
non vouere, quām votum propt̄ melius poſſet,
non perficere. Ideo hanc conclusionem do-
cen D. Bonauent. 4. d. 32. in expofitione
litera num. 3. & ibi Palud. q. 2. art. 1. nu. 14.
Celaia. q. 2. verſ. pro huius queſtione intel-
ligentia. Palacius diſput. 1. fol. 715. verſi. at-
qui de voto. Abulensis. c. 30. Num. q. 86.
Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. verſi. quod ī

contra

contra arguas. Vigaerius lib. instit. cap. 16.
§. 7. verſ. 10. ad finem. Merina lib. 1. ſum.
cap. 14. §. 6. fol. 86. pagina 2. Philiarcus de
officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 4.
ſ. exiſtunt in conclusione. Enriquez lib.
11. de matrimon. cap. 15. num. 8. fine. Aragón
2. 2. q. 88. art. 8. ad finē. Et ex Uſipéritis,
Antonius cap. placet num. 6. de conuers.
coniug. Abbas cap. 1. num. 6. cap. quidam
num. 4. cap. charitatus. num. 2. codem tit.
Aſtenſis ſumma 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 2. q. 3.
Roselli votum 2. num. 10. & verb. impedi-
mentum, impeditio 11. initio. Angelus
